



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 257/16

Variationes et addictiones die 22 iulii S. Mariae Magdaleneae

In Missali Romano

Pag. 789:

Mutatur **Memoria** in **Festum**

Pag. 790:

Additur **Praefatio**: De apostolorum apostola.

V/. Dóminus vobíscum.

R/. Et cum spíritu tuo.

V/. Sursum corda.

R/. Habémus ad Dóminum.

V/. Grátias agámus Dómino Deo nostro.

R/. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est,
æquum et salutáre,
nos te, Pater omnípotens,
cuius non minor est misericórdia quam potéstas,
in ómnibus prædicáre per Christum Dóminum nostrum.

Qui in horto maniféstus appáruit Maríæ Magdalénæ,
quippe quae eum diléxerat vivéntem,
in cruce víderat moriéntem,
quæsíerat in sepúlcro iacéntem,
ac prima adoráverat a mórtuis resurgéntem,
et eam apostolátus offício coram apóstolis honorávit
ut bonum novæ vitæ núnctium
ad mundi fines perveníret.

Unde et nos, Dómine, cum Angelis et Sanctis univérsis
tibi confitémur, in exsultatióne dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth...

In Liturgia Horarum, vol. III

Pag. 1355:

Mutatur **Memoria** in **Festum**

Pag. 1356:

Post: **Hymnus Mágdalae**, ut ad Vespertas, 1359 additur: , **Lectio prior**, ex **Communi sanctorum** sumatur Rom 12,1-21, cum proprio **Responsorio**.

Pag. 1357:

Ante “Ad Laudes matutinas” additur:

Hymnus Te Deum, 568.

Oratio, ut ad Laudes matutinas.

Pag. 1359 et 1360:

Deleatur: **vel de feria.**

Pag. 1359, ante “Ad Vespertas” additur

Ad Horam medium

Antiphonae et psalmi de feria; lectio brevis et versus de Communi, 1625.